339/38 a. Chr. Philochor. ap. Didym. de Demosthene 11, 40 sqq. Φιλ[ίππου] δὲ [καταλα]βόντος Ἐλάτειαν καὶ Κυτίν[ιον] καὶ πρέσ(β)ε(ι)ς πέμψαντος (πεμψάντων Keil) εἰς Θήβας Θε[ττα]λῶν Αἰν[ι]άνων Αἰτωλῶν Δολόπων Φθιωτῶν καὶ ἀξιοῦντος (ἀξιούντων Keil) Νίκαιαν Λοκροῖς παραδιδόναι παρὰ τὸ δόγμα τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων, ἣν ὑπὸ Φιλίππου φρουρουμένην, ὅτ᾽ ἐκεῖνος ἐν Σκύθαις ἦν, ἐκβαλόντες [τ]οὺς φρουροὺς αὐτοὶ κατεῖχον οἱ Θηβαῖοι, τούτοις μὲν ἀπεκρίναντο κτλ. Θετταλοῖς pro Λοκροῖς, κατὰ τὸ δόγμα pro παρὰ τὸ δόγμα (hoc cum Blassio) Staehelin *Klio* V 1905, 71. Cf. eundem ap. Dionys. Hal. I 273, 17 sqq. Us.-Rad. (fr. 135 M.). Plut. Demosth. 18 Ἔπεμψε δὲ καὶ Φίλιππος (εἰς Θήβας) ὡς Μαρσύας (fr. 7 M.) φησιν, Ἀμύνταν μὲν καὶ Κλέαρχον Μακεδόνας, Δάοχον δὲ Θεσσαλὸν καὶ Θρασυδαῖον ἀντεροῦντας.

338—336/35 a. Chr. Daochus et Thrasydaeus hieromnemones (Pomtow *RE.*² IV 2683).

Paulo post 338 a. Chr. Daocid monumenta Pharsali et Delphis exstructa n. 249. Δάοχος Σισ[ύφου Θ]εσσαλὸς ἐκ Φαρ[σά]λου πρόξενος Ἀνα[φαίων] καὶ αὐτὸς καὶ ἔκγονοι IG XII 3, 251, 4 sqq.

336 a. Chr. Polyaen. IV 3, 23. (Ἀλέξανδρος) Θεσσαλῶν τὰ Τέμπη φυλασσόντων τῆς Ὄσσης τὰς ὀρθίους πέτρας ὑπορύξας καὶ προσπλάσας βαθμίδας μικράς, διὰ τούτων αὐτός τε καὶ οἱ Μακεδόνες ἀκροβατοῦντες ἀνέβησαν ἐπὶ τὰς κορυφὰς καὶ τὴν Ὄσσαν ὑπερβάντες Θεσσαλίαν εἶχον. Θεσσαλοὶ δὲ τὰ στενὰ τῶν Τεμπῶν ἐφύλασσον. ἔτι νῦν τοῖς διοδεύουσι τὰ Τέμπη πάρεστιν ὁρᾶν τὰς πέτρας τῆς Ὄσσης κλιμακηδὸν ᾠκοδομημένας· καλοῦσιν αὐτὰς τὴν Ἀλεξάνδρου κλίμακα. Cf. Diod. XVII 4; Iustin. XI 3.

336/35 a. Chr. Hieromnemones Περραιβῶν Δολόπων· Φαῖκος, ....ων. Pomtow *RE.*² IV 2683; Φαῖκος etiam 332/31 a. Chr.

333/32—330/29 a. Chr. Thessalorum hieromnemones Πολίτας Φαρσάλιος, Νικάσιππος Πελινναιεύς. Pomtow *RE.*² IV 2683.

Vere 332 a. Chr. Inter hieromnemones Ἀχαιῶν· Ἐπιγένης, Ξενο....., Μαγνήτων· ----, .........μος, Αἰνιάνων· Τηλ.....
-, Μαλιέων· ....νικος, Ἄρχιππος Λαμιεύς.

Autumno 332 a. Chr. Hieromnemon Magnetum Παυσανίας Μεθωναῖος. Pomtow l. l. 2684.

331 a. Chr. De Demosthene Aeschin. III 167. Καὶ πάλιν ὅτε κύκλῳ περιδινῶν σεαυτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος ἔλεγες ὡς ἀντιπράττων Ἀλεξάνδρῳ· «ὁμολογῶ τὰ Λακωνικὰ συστῆσαι, ὁμολογῶ Θετταλοὺς καὶ Περραιβοὺς ἀφιστάναι».

330/29 a. Chr. Inter hieromnemones Θεσσαλῶν· Πολίτας Φαρσάλιος, Νικάσιππος Πελινναιεύς, Περραιβῶν Δολόπων· Ἀριστόλας Φαλανναῖος, Ἑλλανοκ[ράτης .....]αῖος, Ἀχαιῶν· Μεγαλλέας Μελιταιεύς, Εὔξενος Λαρισαῖος, Μαγνήτων· Σιμμίας Ὁμολιεύς, Φειδόλας Κορωπαῖος, Αἰνιάνων· Εὐπόλεμος Εὐρύας, Μαλιέων· Νικάτας Λαμιεύς, Λυκόφρων Ἡρακλεώτας. Pomtow *RE.*² IV 2684.

328/27 a. Chr. Inter hieromnemones Θεσσαλῶν· Κυψίλος, Φερ....., Περραιβῶν Δολόπων· Ἀριστόλας Φαλανναῖος, Ἑλλανοκ[ράτης .....]αῖος, Ἀχαιῶν· Μεγαλλέας Μελιταιεύς, Εὔξενος Λαρισαῖος, Μαγνήτων· --- Φειδόλας Κορωπαῖος, Αἰνιάνων· Εὐπόλεμος Εὐρύας, Μαλιέων· Νικάτας Λαμιεύς, Λυκόφρων Ἡρακλεώτας. Pomtow l. l.

323 a. Chr. Bellum Lamiense. In foedere civitatum Graecarum inveniuntur Thessali exceptis Pelinnaeis, Oetaei exceptis Heracleotis, Achaei Phthiotae exceptis Thebanis, Malii exceptis Lamiensibus, Aenianes, Perrhaebi. Diod. XVIII 11; Pausan. I 25, 4; IG II 184. Cf. Pomtow *Jahrb. klass. Philol.* 1897, 792.

322 a. Chr. Μένων Φαρσάλιος ab Aetolis dux in Thessalia factus et interfectus a Polyperchone, qui Thessaliam recuperavit. Diod. XVIII 38.

316 a. Chr. Diod. XIX 52. Πολυπέρχων ἐτύγχανε μὲν πολιορκούμενος ἐν Ἀζώρῳ τῆς Περραιβίας.

302 a. Chr. Diod. XX 110. (Δημήτριος) ---- παρασκευάσας μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὸν ἐν Λαρίσῃ λιμένα ---- μετὰ δὲ ταῦτα Πρῶνας (codd.; Ἀντρῶνα Wesseling, Ἀντρωνας Madvig, Ἀντρῶνας Unger, Ἴτωνα Niese) καὶ Πτελεὸν προσηγάγετο, Δῖον δὲ καὶ Ὀρχομενὸν (Ἅλον δὲ καὶ Ὀρχομενὸν Unger, Νηλίαν καὶ Ὀρμένιον Fischer) μετοικίζοντος εἰς Θήβας Κασάνδρου διεκώλυσε μετοικισθῆναι τὰς πόλεις. Κάσανδρος δὲ ---- Φερὰς μὲν καὶ Θήβας ἁδροτέραις φρουραῖς παρεφύλαττε, ---- Δημήτριος δέ, τῶν Φεραίων ἐπικαλεσαμένων αὐτόν, παρεισπεσὼν εἰς τὴν πόλιν μετὰ μέρους τῆς δυνάμεως, τὴν μὲν ἄκραν ἐκπολιορκήσας ὑποσπόνδους ἀφῆκε τοὺς παρὰ Κασάνδρου στρατιώτας, τοῖς δὲ Φεραίοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησεν.

± 300 a. Chr. Euander Sabylli f. Θεϲϲαλὸϲ ἐγ Λαρίϲηϲ honoratur a Prienensibus *Inschr. von Priene* 12.

± 293 a. Chr. Strabo IX 436. Τῆϲ δὲ Δημητριάδοϲ ἑπτὰ ϲταδίουϲ ὑπέρκειται τῆϲ θαλάττηϲ Ἰωλκόϲ. ἔκτιϲε δὲ Δημήτριοϲ ὁ Πολιορκητὴϲ ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα μεταξὺ Νηλίαϲ καὶ Παγαϲῶν ἐπὶ θαλάττῃ, τὰϲ πληϲίον πολίχναϲ εἰϲ αὐτὴν ϲυνοικίϲαϲ, Νήλιάν τε καὶ Παγαϲὰϲ καὶ Ὀρμένιον, ἔτι δὲ Ῥιζοῦντα, Σηπιάδα, Ὀλιζῶνα, Βοίβην, Ἰωλκόν, αἳ δὴ νῦν εἰϲὶ κῶμαι τῆϲ Δημητριάδοϲ. καὶ δὴ καὶ ναύϲταθμον ἦν τοῦτο καὶ βαϲίλειον μέχρι πολλοῦ τοῖϲ βαϲιλεῦϲι τῶν Μακεδόνων, ἐπεκράτει δὲ καὶ τῶν Τεμπῶν καὶ τῶν ὀρῶν ἀμφοῖν, ὥϲπερ εἴρηται, τοῦ τε Πηλίου καὶ τῆϲ Ὄϲϲηϲ· νῦν δὲ ϲυνέϲταλται μέν, τῶν δ' ἐν τῇ Μαγνηϲίᾳ παϲῶν ὅμωϲ διαφέρει.

283 a. Chr. Plut. Demetr. 53. Mors Demetrii Poliorcetae. Ἐπενεχθεϲῶν δὲ τιμῶν καὶ ϲτεφάνων περὶ Κόρινθον εἰϲ Δημητριάδα κομίϲαϲ (Ἀντίγονοϲ) ἔθηκε τὰ λείψανα, πόλιν ἐπώνυμον ἐκείνου, οἰκιϲθεῖϲαν ἐκ μικρῶν περὶ τὴν Ἰωλκὸν πολιχνίων.

280 a. Chr. Heracleotae in Aetolorum foedus recepti. Cf. Pomtow *Jahrb. klass. Philol.* 1897, 792 sq.

279 a. Chr. Paus. X 20, 8. 9. Οἱ Ἕλληνεϲ οἱ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ - πυνθάνονται γὰρ ὅτι κατὰ τὸ ἔλοϲ διέβη μοῖρα τῶν βαρβάρων (Γαλατῶν) - αὐτίκα ἐϲ τὸ ϲτράτευμα ἀναχωροῦϲι, Βρέννοϲ δὲ τοῖϲ περὶ τὸν Μαλιακὸν κόλπον οἰκοῦϲι ζευγνύναι τὸν Σπερχειὸν ἐπέταϲϲεν· οἱ δὲ ἤνυον τὸ ἔργον ϲπουδῇ, τῷ τε ἐκείνου δέει καὶ ἀπελθεῖν ἐκ τῆϲ χώραϲ ϲφίϲιν ἐπιθυμοῦντεϲ τοὺϲ βαρβάρουϲ μηδὲ ἐπὶ πλέον κακουργεῖν μένονταϲ. ὁ δὲ ὡϲ κατὰ τὰϲ γεφύραϲ διεβίβαϲε τὴν ϲτρατιάν, ἐχώρει πρὸϲ τὴν Ἡράκλειαν· καὶ διήρπαϲαν μὲν τὰ ἐκ τῆϲ χώραϲ οἱ Γαλάται καὶ ἀνθρώπουϲ τοὺϲ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἐγκαταληφθένταϲ ἐφόνευϲαν, τὴν πόλιν δὲ οὐχ εἷλον. ἔτει γὰρ πρότερον τούτων οἱ Αἰτωλοὶ ϲυντελεῖν τοὺϲ Ἡρακλεώταϲ ἠνάγκαϲαν ἐϲ τὸ Αἰτωλικόν. τότε οὖν ἠμύνοντο ὡϲ περὶ πόλεωϲ οὐδέν τι Ἡρακλεώταιϲ μᾶλλον ἢ καὶ αὑτοῖϲ προϲηκούϲηϲ. Ἦν δὲ καὶ τῷ Βρέννῳ τὰ μὲν Ἡρακλεωτῶν ἐλάϲϲονοϲ φροντίδοϲ, ἀγώνιϲμα δὲ ἐποιεῖτο ἐξελάϲαι τε ἐκ τῶν ϲτενῶν τοὺϲ ἀντικαθημένουϲ καὶ παρελθεῖν ἐϲ τὴν ἐντὸϲ Θερμοπυλῶν Ἑλλάδα. Προελθὼν οὖν ἀπὸ τῆϲ Ἡρακλείαϲ - - - -. X 22, 8. 9. 10 περὶ δὲ τοὺϲ Ἕλληναϲ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοὺϲ ἐν Θερμοπύλαιϲ ϲυνέβαινεν ἄλλα τοιαῦτα. ἀτραπόϲ ἐϲτι διὰ τοῦ ὄρουϲ τῆϲ Οἴτηϲ, μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνοϲ ἀπότομόϲ τε τὰ πολλὰ καὶ ὄρθιοϲ δεινῶϲ, ἑτέρα δὲ ἡ διὰ τῆϲ Αἰνιάνων ὁδεῦϲαι ϲτρατῷ ῥᾴων, δι' ἧϲ καὶ Ὑδάρνηϲ ποτὲ Μῆδοϲ κατὰ νώτου τοῖϲ περὶ Λεωνίδην ἐπέθετο Ἕλληϲι. κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπηγγέλλοντο ἄξειν Βρέννον οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Αἰνιᾶνεϲ. - - τότε δὲ ἡ τῶν Αἰνιάνων καὶ ἡ τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπόϲχεϲιϲ ἐπήγειρε τὸν Βρέννον. Post cladem Delphis acceptam X 23, 13 οἱ βάρβαροι μέχρι μὲν τοῦ Σπερχειοῦ χαλεπῶϲ ἐκομίϲθηϲαν, τῶν Αἰτωλῶν βιαίωϲ ϲφίϲιν ἐγκειμένων· ὡϲ δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Σπερχειόν, οἱ ἐντεῦθεν ὑποκαθήμενοι Θεϲϲαλοὶ καὶ οἱ Μαλιεῖϲ ἐνεφορήθηϲαν οὕτω ϲφῶν ὡϲ μηδένα οἴκαδε ἀποϲωθῆναι.

278/77 a. Chr. Θεϲϲαλῶν ἱερομνήμονεϲ· Ἱππολάϲ, Λέων. Pomtow *RE*[2] IV 2685.

274 a. Chr. Pyrrhus rex Epiri Thessaliam occupat. Plut. Pyrrh. 26. Cf. Niese II 55 adn. 3.

273 a. Chr. Pyrrho mortuo Thessalia ab Antigono recuperatur. Cf. Niese II 62, Beloch III 1, 599.

C. 250 a. Chr. Ἐχεκράτηϲ ὁ Θετταλόϲ, Φοξίδαϲ ὁ Μελιταιεὺϲ Polyb. V 63, 11; ὁ Ἀχαιὸϲ Φοξίδαϲ 65, 3; cf. Niese II 274, 1.

244/43 a. Chr. Arbitrium inter Athenienses et foedus Boeotorum a iudicibus Lamiensibus (Πάτρων Κυλοῦθου, Ἀρι- - - -, - - λεωϲθένηϲ Φιλίππου) ἐπὶ Θερϲιλόχου ἄρχοντοϲ factum. IG II 308. 308*b*. Cf. Kirchner *Berl. philol. Wochenschr.* 1906, 987; *Ath. Mitt.* XXXII 1907, 471 sq. Ad idem iudicium spectare videtur 373*A*, de quo lapide cf. Kolbe *Ath. Mitt.* XXX 1905, 101 sq. (- - οϲ Διοδώρου, - - έων Σωτίωνοϲ Λαμιεῖϲ). 373*A* 28 commemoratur ἐν Λαμίαι τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύϲου.

± 229 a. Chr. Iustin. XXVIII 3. (Antigonus Doson) commemorat deinde beneficia sua: ut defectionem sociorum vindicaverit; ut Dardanos? Thessalosque exsultantes morte Demetrii regis compescuerit.

224/223 a. Chr. Polyb. IV 76, cf. 9. Θετταλοὶ ἐδόκουν μὲν κατὰ νόμουϲ πολιτεύειν καὶ πολὺ διαφέρειν Μακεδόνων, διέφερον δ' οὐδέν, ἀλλὰ πᾶν ὁμοίωϲ ἔπαϲχον Μακεδόϲι καὶ πᾶν ἐποίουν τὸ προϲταττόμενον τοῖϲ βαϲιλικοῖϲ.

± 240 a. Chr. Ἀδάμαϲ Δίωνοϲ Α[ἰτωλὸϲ] ἀπὸ Μελιτείαϲ et Πολεμοκράτηϲ Ζωΐλου Θ[ηβαῖοϲ ἐξ Ἀχαΐ]αϲ τῆϲ Φθιώτιδοϲ πρόξενοι τῆϲ πόλεωϲ Ὠρωπίων IG VII 287. 288.

219 a. Chr. m. Sept. Philippi Macedonum regis epistula prior ad Larisaeos de augendo civium numero n. 517. Cf. ad a. 214.

217 a. Chr. Philippus cum Meliteam Aetolis eripere frustra conatus esset, Thebis Phthioticis quae inde Philippopolis nominatae sunt, potitus est. Polyb. V 97. 99—100; cf. Dittenberger ad IG VII 287. 288.

214 m. Iul. a. Chr. Philippi altera epistula ad Larisaeos. Multi Crannonii, Gyrtonii alii a Larisaeis civitate donati n. 517. Cf. ad a. 219.

'III a. Chr. saeculo' Phalannaei Perrhaebis Dolopibus Aenianibus Achaeis Magnetibus civitatem dederunt. Exclusi igitur Thessali proprii ut Perrhaeborum inimici. Conferenda Larisaeorum lex Philippo suadente facta. (N. 1228.)

218/17 et 216/15—213/12 a. Chr. Lamienses Aetolorum praetoribus eponymis usi. N. 61. 62. Cf. Pomtow *Jahrb. klass. Philol.* 1897, 793.

214/13. Inter hieromnemones Aetolorum Φίλιπποϲ Λαμιεύϲ, scriba est [Μέανδροϲ?] Θαυμακόϲ (Pomtow RE[2] IV 2689). Cf. 202/01 a. Chr.

213/12. Inter hieromnemones Aetolorum est - - βόλοϲ Φαρϲάλιοϲ, Λέων . ικιηεύϲ (= Κιεριεύϲ), scriba Μοϲχίων Ἡρακλεώταϲ. Cf. Beloch III 2, 340.

209/08. Inter hieromnemones sunt: . . . . . ικοϲ Θαυμακόϲ, Πολλέαϲ Φαρϲάλιοϲ.

208/07. Inter Aetolorum hieromnemones: . φόδοτοϲ Α(ρ)μ(ε)νιεύϲ?, Λέων Λιμναῖοϲ, . . . . . . . . Γομ]φεύϲ, [Ἀρ]χιπποϲ Μελιταιεύϲ, Φιλλαῖοϲ Κορο[ναῖοϲ?]. Cf. Beloch l. l.

203/02. Item: Λάμιοϲ Οἰχαλιεύϲ(?), Ἀγοραῖοϲ Ὑπαταῖοϲ, Πυρρίαϲ Θηβαῖοϲ, Ἅρμοϲτοϲ Λαμιεύϲ.

202/01. Item: Νικόβουλοϲ Θηβαῖοϲ, Εὐρύμαχοϲ Θαυμακόϲ, Δορυμένηϲ Ὑπαταῖοϲ, scriba Μένανδροϲ Θαυμακόϲ.

205 a. Chr. Pax inter Philippum Romanosque convenit. 'Ab rege foederi adscripti Prusias Bithyniae rex, Achaei, Boeoti, Thessali, Acarnanes, Epirotae' Liv. XXIX 12.

C. 205?, post 196? a. Chr. Gonnensium decretum de Dianae Leucophryenes apud Magnetes ad Maeandrum sacris et certamine: ταγευόντων τῶν περὶ Εὔδημον τὸν Νικάνοροϲ, Νίκαιον τὸν Νικάρχου, Μίκυθον (τὸν) Παρμενίωνοϲ, Γόργαϲον τὸν Ἀϲάνδρου, Ἄϲανδρον τὸν Ἐπίνου ἔδοξεν τῆι πόλει τῆι Γοννέων. Commemorantur νομοφυλάκιον et θεωροδόκοϲ. Sequitur: Ἀκολούθωϲ δὲ ἔδοξεν ψηφίϲαϲθαι Φαλανναίοιϲ. Sermo volgaris. *Inschr. Magnesia* 33. Cf. decretum ibidem n. 26 ignotae urbis dialecto Thessalica conscriptum (Σουίδαϲ Καϲάνδρειοϲ θεωροδόκοϲ).

Paullo ante 200 a. Chr. Aetolorum arbitri lites inter Melitaeenses et Peraeos diiudicant (n. 205). Πολύξενοϲ Λιμναῖοϲ Aetolorum hieromnemon *SGDI* 2532, 2, cf. Beloch III 2, 340.

200 a. Chr. Bellum Macedonicum alterum. Liv. XXXI 33. Philippus impigre terra marique parabat bellum; navales copias Demetriadem in Thessaliam contrahebat. XXXI 41 (Aetoli) Amynandro rege Athamanum adiuncto profecti Cercinium obsedere - - captum est Cercinium. - - omnes qui circumcolunt Boeben paludem relictis urbibus montes coëgit petere. Aetoli inopia praedae inde aversi in Perrhaebiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt - -; qui Maloeam incolunt voluntate in deditionem societatemque accepti. ex Perrhaebia Gomphos petendi Amynander auctor erat: et imminet Athamania huic urbi, videbaturque expugnari sine magno certamine posse. XXXI 46. Ibi (in Euboea) relicta classe (Romani) decem navibus expeditis sinum Maliacum intravere - - eam classem in stationem ad Zelasium miserunt — Phthiotidis super Demetriadem promunturium est peropportune obiectum — ut si quid inde moverent Macedonum naves in praesidio essent. - - legatus - - traicit in proxima continentis, Larisamque — non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram quam Cremasten vocant — subito adventu praeter arcem cepit.

199 a. Chr. Liv. XXXII 4. Thaumacos eo tempore Philippus summa vi oppugnabat - - - Thaumaci a Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti loco alto siti sunt in ipsis faucibus imminentes quam Coelen vocant. Thessaliae; quae transeunti confragosa loca implicatasque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem est, repente velut maris vasti sic universa panditur planities, ut subiectos campos terminare oculis haud facile queas. ab eo miraculo Thaumaci appellati. nec altitudine solum tuta urbs, sed quod saxo undique absciso rupibus imposita est. hae difficultates et quod haud satis dignum tanti laboris periculique pretium erat, ut absisteret incepto Philippus effecerunt.

198 a. Chr. Liv. XXXII 10. Inde cum ageretur, quae civitates liberandae essent, Thessalos primos omnium nominavit consul (T. Quinctius Flamininus). Liv. XXXII 13. Rex (Philippus) primo die ad castra Pyrrhi pervenit: locus quem ita vocant, est in Triphylia terrae Melotidis (Molottidis Freinsheim). inde postero die — ingens iter agmini, sed metus urgebat — in montes Lyncon perrexit. ipsi Epiri sunt, interiecti Macedoniae Thessaliaeque: latus, quod vergit in Thessaliam, orientem spectat; septentrio a Macedonia obicitur. vestiti frequentibus silvis sunt; iuga summa campos patentes aquasque perennes habent. - - Triccamque proximis limitibus petit, inde obvias urbes raptim peragravit. - - - ita evastata oppida sunt Phacium Piresiae (Iresiae codd.) Euhydrium Eretria Palaepharsalus. Pheras cum peteret, exclusus, - - - - circa Sperchias et Macran quam vocant Comen transgressi inde in Thessaliam Cymenes et Angeias primo impetu potiti sunt. a Metropoli, dum vastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda moenia facto repulsi sunt. Callithera

inde adgressi --- Peuma (U. Koehler cf. n. 519; Theuma codd.) inde et Celathara vicos expugnant diripiuntque; Acharras per deditionem receperunt. Xyniae simili metu a cultoribus desertae sunt. hoc sedibus suis extorre agmen in praesidium incidit, quod ad Thaumacum, quo tutior frumentatio esset, ducebatur. --- Xyniae desertae diripiuntur. Cyphaera inde Aetoli capiunt, opportune Dolopiae imminens castellum. haec raptim intra paucos dies ab Aetolis gesta. Liv. XXXII 14. 15. Amynander --- cum Gomphos peteret, oppidum protinus nomine Phaecam, situm inter Gomphos faucesque angustas, quae ab Athamania Thessaliam dirimunt, vi cepit. inde Gomphos adortus --- perpulit ad deditionem. haec traditio Gomphorum ingentem terrorem Thessalis intulit. dedidere deinceps sese qui Argenta quique Pherinium et Timarum et Ligynas et Strymonem et Lampsum habent aliaque castella iuxta ignobilia. --- (T. Quinctius Flamininus) --- in monte Cercetio posuit castra, eodem Amynandro cum suis auxiliis accito, non tam virium eius agens, quam ut duces in Thessaliam haberet. primam urbem Thessaliae Phaloriam est adgressus. --- capta Phaloria legati a Metropoli et a Cierio dedentes urbes venerunt. venia eisdem (ii)dem petentibus datur; Phaloria incensa ac direpta est. inde Aeginium petit. quem locum cum vel modico praesidio tutum ac prope inexpugnabilem vidisset, paucis in stationem proximam telis coniectis ad Gomphorum regionem agmen vertit. degressusque in campos Thessaliae ---- inde Atracem est profectus. decem ferme milia ab Larisa abest; ex Perrhaebia oriundi sunt; sita est urbs super Peneum amnem. nihil trepidavere Thessali ad primum adventum Romanorum. et Philippus sicut in Thessaliam ipse progredi non audebat, ita intra Tempe stativis positis, ut quisque locus ab hoste temptabatur, praesidia per occasiones summittebat.

Wescher-Foucart 408. Στραταγέοντος Φαινέα (praetoris Aetolorum) μηνὸς Δίου --- Ἀσίοχος Ὑπαταῖος Στρατυλλὶν --- τῷ Πυθίῳ. Inter βεβαιωτῆρας Σώπατρος, Παντέλης Ὑπαταῖοι - et inter μαρτύρους Μελάνθιος Ὑπαταῖος. Cf. Pomtow *Jahrb. klass. Philol.* 1897, 791.

197 a. Chr. De pugna ap. Cynoscephalas cf. Kromayer *Ant. Schlachtf.* II 57 sqq. Alexander Isius de Philippo in contione Nicaeae habita Polyb. XVIII 3: τοσαύτας γὰρ διεφθαρκέναι πόλεις ἐν Θετταλίᾳ, φίλον ὄντα καὶ σύμμαχον, καθ' ὃν καιρὸν ἐκ τῶν ἐν Ἠπείρῳ στενῶν ἐποιεῖτο τὴν σπουδήν, ὅσας οὐδεὶς ποτε τῶν Θετταλοῖς πεπολεμηκότων διέφθειρε. --- ἤρετο τὸν Φίλιππον --- τί δὲ λέγων κατέχει νῦν Ἐχῖνον καὶ Θήβας τὰς Φθίας καὶ Φάρσαλον καὶ Λάρισαν. Polyb. 8 ἔφη δ' οὖν ὁ Τίτος μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Φίλιππον, διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, Αἰτωλοῖς μὲν ἀποδοῦναι Φάρσαλον καὶ Λάρισαν, Θήβας δὲ οὐκ ἀποδιδόναι ---. Cf. Liv. XXXII 33; XXXIV 23 (Beloch III 2, 339). Thessali in Romanorum dicionem subiuncti Polyb. XVIII 38. Cf. Iustin. XXX 4, 1.

196 a. Chr. T. Quinctius Flamininus cos. liberat (Polyb. XVIII 46) Κορινθίους, Φωκέας, Λοκρούς, Εὐβοεῖς, Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας, Μάγνητας, Θετταλούς, Περραιβούς. Polyb. 47 ἠλευθέρωσαν Περραιβοὺς καὶ Δόλοπας καὶ Μάγνητας. Θετταλοῖς δὲ μετὰ τῆς ἐλευθερίας καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας προσένειμαν ἀφελόμενοι Θήβας τὰς Φθίας καὶ Φάρσαλον· οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ περί τε τῆς Φαρσάλου μεγάλην ἐποιοῦντο φιλοτιμίαν, φάσκοντες αὑτῶν δεῖν ὑπάρχειν κατὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς συνθήκας. Consulis leges ἀπὸ τῆς τῶν δέκα πρεσβευτῶν γνώμης καὶ κατὰ δόγμα συγκλήτου n. 896 14. Eius epistula ad Cyretienses n. 338. Thessali Larisae Eleutheria (quinto quoque anno) celebrant: n. 525 Androsthene agonotheta, qui a. 188/87 praetor fuit; prima fortasse iam a. 195; vicesima et .... initio primi a. Chr. n. saeculi: n. 528. Ludi panhellenii; sermo catalogorum quibus victores perscribuntur volgaris.

194 a. Chr. Plut. Tit. 12. Τίτος εἰς Χαλκίδα παρελθών, εἶτα πλεύσας ἐκεῖθεν ἐπὶ Μαγνησίαν ἐξῆγε τὰς φρουρὰς καὶ τὰς πολιτείας ἀπεδίδου τοῖς δήμοις. Liv. XXXIV 51. Demetriadem inde proficiscitur; deductoque praesidio prosequentibus cunctis, sicut Corinthi et Chalcide, pergit ire in Thessaliam, ubi non liberandae modo civitates erant, sed ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendae.

Post 194 a. Chr.? Chalcidenses (qui antea sub Macedonibus fuerant) lites inter Hypataeos et Erythraeos diiudicant: n. 7 cum corr. Utrumque oppidum aliquo tempore Aenianum communis particeps fuerat (n. 6 cum Lapithaeis).

193 a. Chr. Inter Amphictiones est Μεδώνιος Θαυμακός. Jardé *Bull. Hell.* XXVI 1902, 280.

192 a. Chr. Liv. XXXV 31/32, 1. Legati Romanorum in Thessaliam iere -- (Demetriade) Magnetum concilium. -- Eurylochus princeps Magnetum -- in Aetoliam profugit. Liv. XXXV 34 (cf. 37) (Eurylocho reduce) Demetrias Aetolorum facta est. Liv. XXXV 39. Quinctius, quo profectus erat, Demetriadem contendit, ratus Chalcidem liberatam momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam societatem Romanam facturam; et ut praesidii aliquid esset suae partis hominibus, Eunomo praetori Thessalorum scripsit, ut armaret iuventutem, et Villium ad Demetriadem praemisit --- Villius quinqueremi nave ad ostium portus est invectus. eo multitudo Magnetum omnis cum se effudisset, quaesivit Villius, utrum ad amicos an ad hostis sese venisse mallent. respondit Magnetarches Eurylochus ad amicos venisse eum: sed abstineret portu, et sineret Magnetas in concordia et libertate esse.

191 a. Chr. Liv. XXXVI 6—10. (Antiochi iussu) Demetriadem convenerunt principes Aetolorum; legati Larisam ad concilium Thessalorum sunt missi, et Aetolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est dictus. eodem et (Antiochus) rex -- venit. --- Antiocho ad Pheras iam castra habenti, ubi coniunxerant ei se Aetoli et Amynander, legati ab Larisa venerunt quaerentes, quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos, simul orantes, ut remoto exercitu per legatos, si quid ei videretur, secum disceptaret. eodem tempore quingentos armatos duce Hippolocho Pheras in praesidium miserunt: ii exclusi adita, iam omnia itinera obsidentibus regiis, Scotusam se receperunt. --- cum ipsa urbe Hippolochus Larisaeorumque deditum est praesidium. --- Intra decimum diem quam Pheras venerat his perfectis Crannonem cum toto exercitu profectus primo adventu cepit. inde Cierium et Metropolim et iis circumiecta castella recepit; omniaque iam regionis eius praeter Atracem et Gyrtonem in potestate erant. tunc adgredi Larisam constituit. --- Amynander cum Athamanum iuventute occupat Pellinaeum, et Menippus cum tribus milibus peditum Aetolorum et ducentis equitibus in Perrhaebiam profectus Malloeam et Cyretias vi cepit, et depopulatus est agrum Tripolitanum. -- M. Baebius -- Ap. Claudium ex communi consilio ad praesidium Larisae misit, qui per Macedoniam magnis itineribus in iugum montium, quod super Gonnos est, pervenit. oppidum Gonni viginti milia ab Larisa abest, in ipsis faucibus saltus, quae Tempe appellantur, situm. Liv. XXXVI 13—16 (qui c. 18. 19 pugnam ad Thermopylas missam describit). Sub idem tempus M. Baebius et Philippus rex --- principio veris coniunctis copiis in Thessaliam descenderunt. --- advenientes Philippus Malloeam Perrhaebiae, Baebius Phacium est adgressus; quo primo prope impetu capto Phaestum eadem celeritate capit. inde Atracem cum se recepisset, Cyretias hinc et Eritium occupat, --- Malloeam se coniungit. -- ad ea recipienda oppida, quae Athamanes occupaverant, uno agmine ierunt. erant autem haec: Aeginium Ericinium Gomphi Silana Tricca Meliboea Phaloria. inde Pellinaeum ---- regem ad Limnaeum ire placuit, Baebius restitit ad Pellinaeum oppugnandum. Per eos forte dies M'. Acilius -- ab Limnaeo Pellinaeum -- proficiscitur. -- consul -- paucos Larisae moratus dies, --- Crannonem est progressus. venienti Pharsalus et Scotusa et Pherae quaeque in eis praesidia Antiochi erant deduntur. --- Proernam inde recepit, et quae circa eam castella erant. --- appropinquanti faucibus, supra quas siti Thaumaci sunt, --- ab Thaumacis altero die consul ad Spercheum amnem pervenit, inde Hypataeorum agros vastavit. -- consul depopulatus Hypatensem primo, deinde Heracleensem agrum, -- in ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum adversus regem castra posuit. Aetolorum utraeque manus Heracleam sese incluserunt. Liv. 22—24 (de Heracleae oppugnatione). --- sita est Heraclea in radicibus Oetae montis, ipsa in campo, arcem imminentem loco alto et undique praecipiti habet. --- a flumine Asopo, qua et gymnasium est ----- e regione sinus Maliaci, quae aditum haud facilem pars habebat, M. Baebium, ab altero amniculo, quem Melana vocant, adversus Dianae templum Ap. Claudium opposuit. -- ager Heracleensis paluster omnis frequensque proceris arboribus benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat. -- Liv. 25 de Lamiae oppugnatione; cf. XXXIX 23. 28. Concilium Aetolorum Hypatae (cf. Liv. XXXVII 6). Nicander cum Thoante ad Antiochum in Asiam missus duodecimo die quam navem conscenderat, cum Phalara in sinu Maliaco tenuisset, pecuniam regiam Lamiam devexit. dum Hypatam notis callibus petit, in Philippi potestatem venit, qui eum hospitio exceptum dimittit et Aetolis auxilium pollicetur. Polyb. XX 11; Liv. XXXVI 29. 33. (Demetriade a Philippo capta) Eurylochus mortem sibi conscivit. -- erant et paucae naves Demetriade, quibus praeerat Isidorus: eae quoque cum praefecto suo dimissae sunt. inde (Philippus) Dolopiam et Aperantiam et Perrhaebiae quasdam civitates recipit. Cf. Liv. 34; Polyb. XX 13; Plut. Tit. 15.

190 a. Chr. Liv. XXXVII 7 (cf. 6). Consul ab Amphissa Thessaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret in Asiam. -- T. Sempronius Gracchus - Thaumacis occurrit consuli (L. Cornelio Scipioni).

189 a. Chr. Liv. XXXVIII 2. Philippus audita defectione Athamaniae cum sex milibus armatorum profectus ingenti celeritate Gomphos pervenit. ibi relicta maiore parte exercitus - neque enim ad tanta itinera sufficerent - cum duobus milibus Athe-

naeum, quod unum a praesidio suo retentum fuerat, pervenit. inde proximis temptatis cum facile animadvertisset cetera hostilia esse, Gomphos regressus omnibus copiis simul in Athamaniam redit. - - inde tuto Macedones Gomphos et a Gomphis in Macedoniam redierunt.

185 a. Chr. Liv. XXXIX 24—27; cf. 28. Thessalorum et Perrhaeborum querellae de urbibus suis ab (Philippo) possessis - - - minus Thessalos curabant. - - venerant et a Philippo legati ad purganda ea, qui nihil nisi permissu Romanorum imperatorum factum adfirmabant: civitates Thessalorum et Perrhaeborum et Magnetum et cum Amynandro Athamanum gentem in eadem causa qua Aetolos fuisse. - - senatus - - - legatos - - - misit Q. Caecilium Metellum M. Baebium Tamphilum Ti. Sempronium. quorum sub adventum ad Thessalica Tempe omnibus iis civitatibus, quibus cum rege disceptatio erat, concilium indictum est. ibi cum Romani legati disceptatorum loco, Thessali Perrhaebique et Athamanes haud dubie accusatores, Philippus ad audienda crimina tamquam reus consedissent, pro ingenio quisque eorum qui principes legationum erant et gratia cum Philippo aut odio acerbius leniusve egerunt. in controversiam autem veniebant Philoppopolis (Thebae Phthioticae. An Gomphi? Cf. Niese III 20, 5) Tricca Phaloria et Eurymenae et cetera circa eas oppida utrum Thessalorum iuris, cum vi ademptae possessaeque ab Aetolis forent - nam Philippum Aetolis ademisse eas constabat - an Aetolica antiquitus ea oppida fuissent (cf. Beloch III 2, 339 sq.). - - - Thebas Phthias unum maritimum emporium fuisse quondam Thessalis, quaestuosum et frugiferum: ibi navibus onerariis comparatis regem, quae praeter Thebas Demetriadem cursum derigerent, negotiationem maritimam omnem eo avertisse. - - - - Thessalis auditis Perrhaebi Gonnocondylum, quod Philippus Olympiadem appellaverat, Perrhaebiae fuisse, et ut sibi restitueretur, agebant; et de Malloea et Ericinio eadem postulatio erat. - - Philippus, ut accusatoris potius quam rei speciem haberet, et ipse a querellis orsus Menelaidem in Dolopia, quae regni sui fuisset, Thessalos vi atque armis expugnasse questus est; item Petram in Pieria ab iisdem Thessalis Perrhaebisque captam; Xynias quidem, haud dubie Aetolicum oppidum, sibi contribuisse eos; et Paracheloida, quae sub Athamania esset, nullo iure Thessalorum formulae factam.

186/85 et 184/83 a. Chr.? Lamienses Thessalorum eponymos decretis proponunt, n. 64. 65. 67. Idem faciunt annis c. 170 et 117, cf. n. 66; c. anno 130(?) cf. n. 69 et alias (n. 71. 72. 74). Erant igitur a Flaminino Thessalorum foederi attributi. Hinc ταγῶν thessalicum didicere institutum.

184/83 a. Chr.? Halenses Thessalis eponymis usi (n. 107); idem annis 178—146 fecerunt (n. 109).

184 a. Chr. Liv. XXXIX 33. Principio insequentis anni P. Claudius L. Porcius consules, cum Q. Caecilius M. Baebius Ti. Sempronius, qui ad disceptandum inter Philippum et Eumenem reges Thessalorumque civitates missi erant, legationem renuntiassent, regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt. - - - aliam deinde novam legationem patres, cuius princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam et in Graeciam decreverunt ad visendum, redditaene civitates Thessalis et Perrhaebis essent.

183 a. Chr. Demetrius Philippi f. Romae in senatu Polyb. XXIII 1; Liv. XXXIX 46 sqq.; Appian. Macedon. 9; Iustin. XXXII 2. Polyb. 1, 10. Παρά τε γὰρ Θετταλῶν καὶ κατὰ κοινὸν ἧκον καὶ κατ' ἰδίαν ἀφ' ἑκάστης πόλεως πρεσβευταί, παρά τε Περραιβῶν, ὁμοίως δὲ καὶ παρ' Ἀθαμάνων καὶ παρ' Ἠπειρωτῶν καὶ παρ' Ἰλλυριῶν.

Paullo post 178 a. Chr. Iudices Apolloniatae Corcyraeus Dyrrhachinus litem diiudicant inter Μονδαιὰς et Ἀζωριαστάς. IG IX 1, 689 ([στραταγέο]ντος Θεσσαλῶν [μὲν Ἱππο]λόχου τοῦ Ἀλεξίππου [τὸ δεύτ]ερον Λαρισαίου, μηνὸς [ὡς Θε]σσαλοὶ ἄγοντι Θεμιστίου [ἀμέρ]αι τριακάδι, Περραιβῶν δὲ στρα[ταγέο]ντος Δημητρίου τοῦ Δημαινέ[του Γ]οννέως, μηνὸς καθὼς Περραιβοὶ [ἄγον]τι Δίου ἀμέραι τριακάδι).

178/77 a. Chr. Inter hieromnemones Θεσσαλῶν· Ἱππόλοχος Ἀλεξίππου, Πολύξενος Θρασίππου Λαρισαῖοι, Ἀχαιῶν Φθιωτῶν· Ξενοφάνης Ἄπιδος Λαρισαῖος, Κρατησίμαχος Κασάνδρου Θηβαῖος, Μαγνήτων· Χαρικλῆς Νίκωνος, Γένθιος Φρασικρένους Δημητριεύς, Δολόπων· Στάγρος Δατυιάδου, Αἰνιάνων· Λόχαγος Ἀγήτα Καλλιπολίτης, Νικίας Ἀλεξάνδρου Καλυδώνιος (Aetoli?), Ἡρακλεωτῶν· Φαινέας Νικέα Συσεσνεύς, Μαλιέων· Διόδωρος Κριτοβούλου Λαμιεύς, Περραιβῶν· Ἀπολλόδωρος Ἀσκληπιοδώρου Φαλανναῖος. Syll. I² 293; cf. Dittenberger *Hermes* XXXII 1897, 162 sqq.

172 a. Chr. Liv. XLII 13. (Eumenes de Perseo Romae in senatu): - Dolopiae bellum intulit, Thessaliam et Doridem cum exercitu pervasit, ut in bello intestino deterioris partis auxilio meliorem adfligeret: confudit et miscuit omnia in Thessalia Perrhaebiaque spe novarum tabularum, ut manu debitorum obnoxia sibi optimates opprimeret.

171 a. Chr. Liv. XLII 36. Legati Persei Romae in senatu. Liv. XLII 38—43. Thessalorum Larisae fuit concilium. ibi et Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit, et legatis, quod et Philippi prius et post Antiochi bello enixe adiuti a gente Thessalorum essent. - - - (Marcii et Persei conventus ad Peneum flumen) qua transitus ab Homolio Dium. - - Marcius: - per Thessaliam et Maliensem agrum cum exercitu contra foedus Delphos isti. - - Perseus: - - quod Dolopas armis coercuerim, quia, etsi non merito eorum, iure feci meo, cum mei regni, meae dicionis essent, vestro decreto patri attributi meo. - - - at cum processissem inde ad visendas Larisam et Antronas et Pteleon, qua in propinquo Delphi sunt, sacrificandi causa ut multo ante debita vota persolverem, Delphos (corr. Vahlen) escendi.

Liv. XLII 47. A. quoque Atilium (Romani) miserunt ad occupandam Larisam in Thessalia. - - - Liv. XLII 53—62. (Perseus) - - saltu angusto superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit ad Tripolim: Azorum Pythium Dolichen. incolentes haec tria oppida paulisper cunctati, quia obsides Larisaeis dederant, victi tamen praesenti metu in deditionem concesserunt. benigne his appellatis, haud dubius, Perrhaebos quoque idem - -, urbem, nihil cunctatis, qui incolebant, primo adventu recipit. Cyretias oppugnare coactus - - in deditionem omnes ante noctem accepit. - - - Mylae, proximum oppidum - - - ita capta urbs ac direpta est. - - - profectus ad Phalannam castra promovit, inde postero die Gyrtonem pervenit. quo cum T. Minucium Rufum et Hippiam Thessalorum praetorem cum praesidio intrasse accepisset, Elatiam et Gonnum, perculsis inopinato adventu oppidanis, recepit. utraque oppida in faucibus sunt qua Tempe adeuntur, magis Gonnus. itaque et firmiore id praesidio tutum equitum peditumque, ad hoc fossa triplici ac vallo munitum reliquit. ipse ad Sycurium progressus - - - sub radicibus Ossae montis. is qua in meridiem vergit, subiectos habet Thessaliae campos, ab tergo Macedoniam atque Magnesiam. ad has opportunitates accedit summa salubritas et copia, pluribus circumiectis fontibus, perennium aquarum. - - Consul - - cum tria milia ferme abesset, ad Tripolim — Scaeam vocant —, super Peneum amnem posuit castra. - - - Q. Marcius Chalcidem navibus venit Alope capta, Larisa, quae Cremaste dicitur, oppugnata. - - Perseus, cum ad Sycurium, - - - stativa haberet, frumento undique circa ex agris convecto, ad vastandum Pheraeorum agrum misit. - - postero die (Perseus) profectus inde ad Mopselum (l. Mopsium) posuit castra. tumulus hic ante Tempe eminet et Larisa medius abest Gonnum eunti (corr. Madvig). - - Romani, non abscedentes ab ripa Penei, transtulerunt in locum tutiorem castra. - - (Perseus) desperata pace ad Sycurium, unde profectus erat, rediit, belli casum de integro temptaturus.

Liv. XLII 64—67. Demessis circa segetibus Romani ad Crannona, intactum agrum, castra movent. - - - Hic dies et Romanis refecit animos et Persea perculit, ut dies paucos ad Mopselum (l. Mopsium) moratus, sepulturae maxime militum amissorum cura, praesidio satis valido ad Gonnum relicto in Macedoniam reciperet copias. Timotheum quendam ex regiis praefectis cum modica manu reliquit ad Phila m, iussum Magnetas ex propinquo temptare. - - Consul - - ad Gonnum castra movet, si potiri oppido posset. ante ipsa Tempe in faucibus situm Macedoniae claustra tutissima praebet et in Thessaliam opportunum Macedonibus decursum. cum et loco et praesidio valido inexpugnabilis urbs esset, abstitit incepto. in Perrhaebiam flexis itineribus Malloea primo impetu capta ac direpta, Tripoli aliaque Perrhaebia recepta Larisam rediit. inde Eumene atque Attalo domum remissis Moiragenem Numidasque in hiberna in proximis Thessaliae urbibus distribuit, et partem exercitus ita per totam Thessaliam divisit, ut et hiberna commoda omnes haberent et praesidio urbibus essent. - - - cum exercitus parte profectus in Achaiam Phthiotim, Pteleum desertum fuga oppidanorum diruit a fundamentis, Antronas voluntate incolentium recepit. ad Larisam deinde exercitum admovit. urbs deserta erat. - - - primi omnium Macedones, regium praesidium, metu excesserant; a quibus relicti oppidani in deditionem extemplo veniunt.

169 a. Chr. Liv. XLIV 1—7. (Q. Marcius Philippus) consul - - - petit Thessaliam. castra eo tempore A. Hostilius in Thessalia circa Palaepharsalum habebat - - - aliis per Pythium (pytoum codd.) placebat via, aliis per Cambunios montes, qua priore anno duxerat Hostilius consul, aliis praeter Ascuridem paludem. - - in Perrhaebiam inde ducit, et inter Azorum et Dolichen stativa habuit ad consulendum rursus quam potissimum capesseret viam. per eosdem dies Perseus - - omnes saltus insidere praesidiis statuit. in iugum Cambuniorum montium — Volustana ipsi vocant — decem milia levis armaturae iuvenum cum duce Asclepiodoto mittit; ad castellum quod super Ascuridem paludem erat — Lapathus vocatur locus — Hippias tenere saltum cum duodecim milium Macedonum praesidio iussus. - - - Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere, ubi propter Ottolobum (Bursian; codd.

octtololum) dux regius castra habebat. -- adeo ardua et aspera et confragosa fuit via, ut praemissi expediti biduo quindecim milium passuum aegre itinere confecto castra posuerint. Dierum, quem cepere, locum appellant. --- nuntius ad Ascuridem paludem occurrit ----- sunt Tempe saltus, etiamsi non bello fiat infestus, transitu difficilis. nam praeter angustias per quinque milia, qua exiguum iumento onusto iter est, rupes utrimque ita abscisae sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit. terret et sonitus et altitudo per mediam vallem fluentis Penei amnis. hic locus tam suapte natura infestus per quattuor distantia loca praesidiis regiis fuit insessus. unum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum in Condylo, castello inexpugnabili, tertium circa Lapathunta, quem Characa appellant, quartum viae ipsi, qua et media et angustissima vallis est, inpositum, quam vel decem armatis tueri facile est. --- consul -- remisso nuntio -- Larisam, ut castella relicta ab hoste circa Tempe occuparet -- Liv. 13 -- consul - M. Popilium -- ad Meliboeam urbem oppugnandam mittit. sita est in radicibus Ossae montis, qua parte in Thessaliam vergit, opportune imminens super Demetriadem. -- Perseus cum audisset simul Meliboeam a consulis exercitu oppugnari, simul classem Iolci stare, ut inde Demetriadem adgrederetur, --- Euphranorem --- Meliboeam mittit. eidem imperatum, ut, si a Meliboea summovisset Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quam ab Iolco ad urbem castra moverent Romani. -- a Meliboea abscessum est. Euphranor soluta unius urbis obsidione Demetriadem extemplo ducit -- fama fuit per Cydantem Cretensem et Antimachum, qui Demetriadi praeerat, tractatas inter Eumenen et Persea condiciones amicitiae. ab Demetriade certe abscessum est.

Ante 168 a. Chr. Rhodiorum legati Larisam ad commune Thessalorum missi n. 504. Atheniensium legati ad eosdem n. 506.

168—158 a. Chr. Pactum inter Oetaeos et Drymaeam (βουλαρχεόντων ἐν Οἴται Ἀντάνορος Ἡρα[κ]λειώτα, Φαικία Ἀντικυρίτα, Ἀριστίωνος [Ὀ]μιλιάδα, ἱεροθυτᾶν δὲ Εὐθυφρονος Ἡρα[κ]λειώτα, Ἀλεξιος Ἀντικυρίτα, Βομβύλου Ἀμφανίου, Μενεκράτεος Ὀλκαίου, μηνὸς [Ἀ]πελλαίου -; βουλαρ[χεό]ντων ἐν Οἴται Εὐθυ[φρονος] Ἡρακλειώτα, ...φάνεος Δρυοπαίο[υ], Κρινο[λά]ου [Ὁμ]ιλιά[δα], ἱερο[θυ]τᾶν δὲ Λα... Ἡρακλειώτα, [Ἀ]ριστίωνος Χαρα[δραί]ου, Λυσ....ου....τίδα, μηνὸς Ἀπ[ε]λλαίο[υ]. βουλαρχ. ἐν Οἴται [Σ]ωτήρου Ἡρακλ[ε]ιώτα, Εὐατόρου Δρυοπαίου, Θεοδώρου Κολλα[κ]έος, ἱεροθυτᾶν δὲ Ἀρκίνου Ἡρακλειώτα, [....]τέλεος Δρυοπαίου, Τιμοκρίτου ......α, μηνὸς Ἀπελλαίου -) *SGDI* 1529.

167 a. Chr. Polyb. XXX 7 ἄξιον ἐπαινεῖν τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι μηδὲ περιιδεῖν σφᾶς αὐτοὺς εἰς ἀναξίαν διάθεσιν ἐμπεσόντας τοῦ προγεγονότος βίου. καὶ μὴν ἐν Ἀχαΐᾳ καὶ παρὰ Θετταλοῖς καὶ Περραιβοῖς ἔσχον αἰτίαν καὶ πλείους διὰ τὴν ἡσυχίαν ὡς ἐφεδρεύοντες τοῖς καιροῖς καὶ φρονοῦντες τὰ Περσέως. Cf. Liv. XLV 31.

165 a. Chr. Τὸ κοινὸν τῶν Αἰνιάνων. — Τὸ κοινὸν τῶν Οἰταιέων. — Τὸ κοινὸν τῶν Αἰνιάνων. — in tabula Cassandri Dittenberger Syll.[2] 291 (cf. Pomtow *Hermes* XLI 1906, 356 sqq.).

160—150 a. Chr. Ἀσκληπιάδης Δεινίου a Magnetibus Clitorem Arcadiae in oppidum missus, Ἀρχίας Παυσιμάχου Patras Achaiae in oppidum. Ζωίλος στρατηγὸς Μαγνήτων καὶ Μειδίας ὁ γραμματεὺς συνεδρίου. A Clitoriis Demetriadem iudex missus Δωρόθεος Δαμέου?, Patras Κρατησι--ος. Holleaux *Rev. étud. grecqu.* X 1897, 279 sqq.

156/55 a. Chr. (Pomtow *RE.*[2] IV 2639). Heracleotae cuiusdam manumissio Delphis proposita ἄρχοντος(!) ἐν μὲν Ἡρακλείᾳ Ἀριστοβούλου Πάτρωνος Θεοδώρου, μηνὸς Ἡλίου, ἐν Δελφοῖς δὲ ἄρχοντος Ἥρυος τοῦ Πλειστωνος μηνὸς Ἰλαίου *SGDI* 1895.

C. 150 a. Chr.? Μάκων Ὀμφαλίωνος Λαρισαῖος arbiter inter Halenses et Thebanos. Cuius arbitrium postea confirmatur. Tabula Delphis, Larisae in Apollinis Cerdoi, Thebis in Minervae Poliadis, Hali in Dianae Panachaeae fano proposita *Bull. Hell.* XXV 1901, 347, 3. Maco a Thaumacis honoratur n. 215; idem dedicat Larisae templum Iovi Miliehio, Enodiae, Urbi n. 578.

150—147 a. Chr.? SC. Romanum de Narthaciensibus et Melitaeensibus n. 89, tertio anno postquam Samiorum, Colophoniorum, Magnetum (ad Maeandrum) de ea re iudicium factum est. Eponymus exemplaris Narthacii propositi praetor est Thessalorum; utrique litigantes Θεσσαλοί sunt.

148 a. Chr. Pseudophilippus in Thessalia; Polyb. XXXVII 2. Θετταλῶν γράμματα καὶ πρεσβευτὰς πεμπόντων πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ παρακαλούντων βοηθεῖν.

146 a. Chr. Paus. VII 15. (Μέμμιος) - διὰ Θεσσαλίας τὴν πορείαν καὶ παρὰ τὸν Λαμιακὸν ποιούμενος κόλπον. Κριτόλαος δὲ καὶ Ἀχαιοὶ --- Ἡράκλειαν προσεκάθηντο πολιορκοῦντες οὐ βουλομένους ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συντελεῖν. Paus. VII 16, 9, 10. Corintho deleta συνέδρια κατὰ ἔθνος τὰ ἑκάστων, Ἀχαιῶν καὶ τὸ ἐν Φωκεῦσιν ἢ Βοιωτοῖς ἢ ἑτέρωθί που τῆς Ἑλλάδος, κατελέλυτο ὁμοίως πάντα· ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον - Ῥωμαῖοι - συνέδρια κατὰ ἔθνος ἀποδιδόασιν ἑκάστοις τὰ ἀρχαῖα. Liv. perioch. 52. Cf. Nachmanson *Ath. Mitt.* XXXII 1907, 59.

C. 146 a. Chr. Aenianum commune Q. Caecilium Q. f. Metellum laudat n. 37.

C. 145/44 a. Chr. (Pomtow). Melitaeensium manumissio *SGDI* 2138 Delphis proposita «στραταγέοντος τῶν Θεσσαλῶν Ὁμήρου Λαρισαίου, ἐν Μελιτείαι δὲ ἀρχόντων τῶν περὶ Πολυσάωνα μηνὸς [Πυθ]οίου, ἐν Δελφοῖς δὲ ἄρχοντος Εὐκλέος ----.»

± 130 a. Chr.? Arbitri Mylasenses a Thessalorum communi arcessiti n. 507.

Saec. II a. Chr. Thessali laudant tres uno anno στρατηγήσαντας [Ἰτωνίων]; publicantur honores eorum iussu et in omnibus Thessaliae urbibus et Heracleae et Melitene. N. 103.

130/29 a. Chr. Inter hieromnemones: Θεσσαλῶν· Λέων Κλειππου Ἀτράγιος, Πέλλιχος Φρύνου Γομφεύς (cf. n. 507 adn.), Ἀχαιῶν Φθιωτῶν· Μνάσαρχος Λέοντος Λαρισαῖος, [Κρατησι]μαχος Πολίτου Μελιταιεύς, Μαλιέων· ....νος Ξενολάου Ἐχιναῖος, Δολόπων· Δέξανδρος Κλεωνύμου Ἀγγειάτης, Μαγνήτων· Θεόδοτος Διογένους, Δημήτριος Ἱστιαίου Δημητριεύς, Αἰνιάνων· Μοσχίων Σιττύρα (cf. n. 5 a 6, b 16). Ἐχεσθένης Ἀριστομένου Ὑπαταῖος, Οἰταιέων· Φύλος Μελαντα Ἡρακλειώτης, Περραιβῶν Χαρίδημος Φιλοκράτου Γόννιος. IG II 551.

± 130 a. Chr. Aenianum foedus Stratium Corcyraeum laudat n. 56.

117/16 a. Chr. Inter hieromnemones: Θετταλῶν· ὁ στρατηγὸς [Ἀμυν]έας Ὀλυμπιάδου, Κιερεύς, ὁ γραμματεὺς τοῦ συνεδρίου Ἀρχιππος Αρχιγένου Κιερεύς, Ἀχαιῶν Φθιωτῶν· Σιμάδας Θηβαῖος, Ἀρχιππος Μελιταιεύς, Μαγνήτων Ἀλέξανδρος Φιλίππου, Φίλων Διοσκουρίδου Δημητριεύς, Αἰνιάνων· Μοσχίων Σιττύρα, Νικόστρατος Αγίαδος Ὑπαταῖοι, Μαλιέων Πυρρίας Σατύρου [Λαμιεύς]. Οἰταιων· Εὔβουλος Σαβύττα Ἡρακλειώτης, Δολόπων· ...... Σωσίου Ἀγγειάτης, Μαγνήτων ἐκ Θετταλίας· Παρμενίσκος, Ἀμύντας Ὁμολιεῖς. *Bull. Hell.* XXVII 1903, 122 sq. «Magnetes ex Thessalia» Perrhaebrorum locum occupant. [Strabonis verba IX 442: νυνὶ δὲ μικρὸν ἢ οὐδὲν αὐτῶν ἴχνος σῴζεται ad eos potius Perrhaebos spectant, qui ad Pindum accoluerant - et qui «τὸ πολὺ μέρος» totius gentis fuerant]. Ante hoc tempus Magnetes ad Perrhaebrorum lites intestinas diiudicandas legatos miserant n. 1106.

88—80 a. Chr. vel paullo postea. Aenianum foedus L. Licinium L. f. Lucullum quaestorem laudat n. 38.

66—62 a. Chr. Gn. Pompeius imp. III Demetriade sive a Demetriensibus sive a communi Magnetum ut εὐεργέτης honoratur n. 1134.

55 a. Chr. Cicero in Pisonem (consulem a. 58) 91: primo tuo adventu ex oppidis Agrianum atque Dolopum demigrare et aras et focos relinquere coëgisti. [Ubi corrigendum Aenianum (Agrinarum C., Agrianum Turnebus); similiter coniuncti Aenianes et Doris et Dolopes Cic. de rep. II 9. Agrianes enim Thracia gens minime inter Ambraciam et Dolopidem habitabit. Agraei Aetoli prope Ambraciam fuerunt; sed correctio minus est facilis. Hiller.]

49/48 a. Chr. Androsthenes praetor Gomphos a Caesare defendere conatus est. Caes. bell. civ. III 80.

48 a. Chr. 9 Aug. Bello civili Pompeius a Caesare ad Pharsalum victus. Cf. Kromayer *Ant. Schlachtf.* II 401 sqq.; L. Cassius Longin. pro cos. Tempe munivit; cf. p. 214.

Augustus Amphictyonum instituta redintegrat: Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Μαλιεῖς καὶ Αἰνιᾶνας καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς ⟨συντελεῖν⟩, τὰς ψήφους δὲ ὅσαι τούτων τε καὶ Δολόπων — οὐ γὰρ ἔτι ἦν Δολόπων γένος — Νικοπολίτας φέρειν. οἱ δὲ Ἀμφικτύονες οἱ ἐπ' ἐμοῦ τριάκοντα ἀριθμῷ ἦσαν· ἐκ Νικοπόλεως μὲν καὶ Μακεδονίας τε καὶ Θεσσαλῶν, ἀπὸ ἑκάστων ἀριθμῷ ἦσαν ⟨ἓξ⟩ etc. Paus. X 8, 3. 4.

Augusti fere aetate Larisaeorum decreto Eleutheria redintegrata, sed Thessalia reservata esse videntur, cf. n. 531. 532.

Augusti iudicium [Καίσαρος κρίμα]: Gonni n. 1042, 22.

Plut. reip. ger. praec. 19 Θεσσαλοὺς πρότερον ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Πετραῖον ζῶντα κατακαύσαντας.

Aenianes nulli iam fuerunt Strab. IX 427 καὶ γὰρ τούτους ἐξέφθειραν Αἰτωλοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες (Amynandro rege). Cf. eundem 442.

Incerto anno (Augusti fere aetate). Ἁ πόλις τῶν Δελφῶν Ἰούλιον Αὐτάνιλον (an Ἀγνόνιλον? Homolle *Bull. Hell.* XXI 1897, 155; cf. n. 34. An Ἀρετάνιλον? Hiller) Θεσσαλὸν Ὑπαταῖον, τὸν καὶ Δελφόν, ἀγωνο[θετ]ήσαντα Πυθίω[ν] ἐνδόξως κατὰ τὴν παλαιὰν δόξαν τοῦ ἀγῶνος, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας τᾶς ἐ[ς] αὑτάν, Ἀπόλλωνι Πυθίῳ. CIG I 1717.

Post Augusti constitutionem. Hypataei Thessalorum praetores eponymos habent n. 15 sqq. Larisaei, Lamienses (n. 80). Hypataei Augusti nomine usi, cf. Σεβάστιος Ὑπαταῖος n. 41 etc.

11 p. Chr. Primus novae aerae annus (annus XXXI = I Claudii imp. = 41 p. Chr. n. 544, 4).

Post 15 p. Chr. C. Poppaeus Sabinus pr. pr. Macedoniae provinciae praepositus Thessalorum concilio Cieriorum et Metropolitarum lites diiudicandas permittit. Vincunt Cierii. N. 261.
69—79 p. Chr. Vespasianum imp. honorat τὸ κοινὸν Θεσσαλῶν n. 646.
Hadriano imperatore Q. Gellius Sentius Augurinus procos. Lamiensium et Hypataeorum lites diiudicat p. 19.
C. 200 p. Chr. Magnetum κοινὸν et σύνεδροι Imp. Caesarum L. Septimium Severum honorant n. 1137.
282 p. Chr. Magnetum κοινὸν et σύνεδροι Carum imperatorem honorant n. 1138.
Tempore imperatorum? . . . σανδρος Πλειστάρχου a Delphis honoratur. Vs. 10 sqq. - - - [ἀποσταλ]ὴ[ς] ναὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν Ὑπαταίων πόλιν καὶ π[ρ]ὸς τὸ Θεσσαλῶν ἔθνος τοῦτο το ψήφισμα - - - Homolle *Bull. Hell.* XXI 1897, 154; cf. Pomtow *Jahrb. klass. Philol.* 1897, 791, 11 a.

# PRAETORES THESSALORVM.

(*Cf.* Kroog De Thessalorum praetoribus. Dissertationes Halenses XVIII 1908, 1. E = Eusebii chron. I p. 241 ed. Schoene; N = nummi.)

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 196/95 a. Chr. | Pausanias | Echecratis f. | Pheraeus | E |
| 195/94 a. Chr. | Amyntas | Cratis | Cierius | E |
| 194/93 a. Chr. | Aeacides | Calliae | Metropolitanus | E |
| 193/92 a. Chr. | Hippodromus | Andromachi | Larisaeus | E; n. 506. |
| 193/92 a. Chr. | Eunomus | Polycliti | Larisaeus | E; Liv. XXXV 39. |
| 192/91 a. Chr. | Eunomus II. | Polycliti | Larisaeus | ibidem. |
| 191/90 a. Chr. | Aeacides II. | Calliae | Metropolitanus | E |
| 190/89 a. Chr. | Praylus | Phoxini | Scotussaeus | E; Syll.[2] 268. |
| 189/88 a. Chr. | Eunomus III. | Polycliti | Larisaeus | E |
| 188/87 a. Chr. | Androsthenes | Itali | Gyrtonius | E; n. 525. |
| 187/86 a. Chr. | Thrasylochus | Alexandri | Atragius | E; Syll.[2] 268. |
| 186/85 a. Chr. | Leontomenes | Damothoeni | Pheraeus | E; n. 64. 67. 274. |
| 185/84 a. Chr. | Pausanias | Damothoeni | Pheraeus | E; n. 102. |
| 184/83 a. Chr. | Sosipater | — | — | N; n. 102. |
| 183/82 a. Chr. | Theodorus | Alexandri | Atragius | E; n. 65. 107. 526. |
| 182/81 a. Chr. | Nicocrates | Phoxini | Scotussaeus | E; n. 462(?). |
| 181/80 a. Chr. | Hippolochus | Alexippi | Larisaeus | E; n. 506. 709. 102. 133. |
| 180/79 a. Chr. | Cleomachides | Enei | Larisaeus | E; n. 526. |
| 179/78 a. Chr. | Phrynus | Aristomenis | Gomphensis | E; *Bull. Hell.* XXIV 83, 5. |
| Paullo post a. 178 a. Chr. | Pytheas | — | — | N |
| » » a. 178 a. Chr. | Hippolochus II. | Alexippi | Larisaeus | IG IX 1, 689. |
| » » a. 178 a. Chr. | Alexippus | Hippolochi | Larisaeus | n. 11. 218. 323. |
| » » a. 178 a. Chr. | Python(?) | — | — | N |
| 172/71 a. Chr. | Hippias | — | — | Liv. XXXII, 54. |
| Circa a. 170 a. Chr. | Proteas | Monimi | Metropolitanus | n. 66*a*. |
| » » 168 a. Chr. | Peissaretus | — | — | n. 258. |
| » » 168 a. Chr. | Leon | Pausaniae | Metropolitanus | (N?); n. 461*b*. |
| 169/68 a. Chr. | Damothoenus | — | — | *SGDI* 1720. |
| 145/44 a. Chr. | Homerus | — | Larisaeus | *SGDI* 2138. |
| Circa a. 145 a. Chr. | Diotimus | — | Larisaeus | *Bull. Hell.* XXV, 350. |
| » » 140 a. Chr. | Thessalus | Thrasymedis | Pheraeus | n. 89. |
| » » 140 a. Chr. | Leon | Agesippi | Larisaeus | (N?); n. 74. 89. 509. |
| » » 130 a. Chr. | Pollichus | Phryni | Gomphensis | n. 507. |
| » » 130 a. Chr. | Timasitheus | — | — | (N?); n. 69. |
| » » 117 a. Chr. | Agasimus | — | Larisaeus | n. 259. |
| 117 a. Chr. | Amyneas | Olympiadis | Cierius | n. 68*b*. 259. 539. |
| Initio primi a. Chr. saeculi | Craterophron(?) | — | — | n. 533. |
| Primo a. Chr. saeculo | Thallus | — | — | n. 551. |
| 49/48 a. Chr. | Androsthenes | — | Larisaeus(?) | N; Caes. b. c. 3, 80. |
| Iisdem fere annis | Hegesaretus | — | — | N; Caes. b. c. 3, 35. |
| » » » | Petraeus | — | Gyrtonius(?) | N; Caes. b. c. 3, 35. |
| » » » | Ptolemaeus | Themistogenis | Gyrtonius | N; n. 104, 109. |
| » » » | Italus | Philisci | Gyrtonius | N; n. 12. 109. |
| » » » | Diocles | — | — | N |
| » » » | Philocrates | Archelaidis | — | N; n. 206. 463. 508. |
| » » » | Eurydamas | — | — | n. 206. |
| » » » | Heraclides | — | — | n. 206. |
| » » » | Nicocrates | — | — | N; (n. 462?). |
| » » » | Mnesimachus | — | — | n. 474. |
| » » » | Philoxenides | — | — | N; n. 474. |
| » » » | Pherecrates | — | — | N; n. 540. |
| Aetate Augusti | Nysander | Diodoti | Larisaeus | N; n. 520. |
| » » | Isagoras | Nysandri | Larisaeus | N; n. 72. 219. 1282. 1297. |
| » » | Callistratus I. II. | — | — | n. 1282. 1344. |
| » » | Cleomachus | — | — | n. 1297. |
| » » | Clearchus(?) | — | — | n. 1297. |
| » » | Lysicles | — | — | N; n. 1297. |
| » » | Eurydamas | Androsthenis | — | n. 1040*b*. |
| » » | Euphronius | Pasiclis | — | n. 1040*c*. |
| Paulo ante praeturam Augusti | Themistogenes | Androsthenis | Larisaeus | n. 415. 532. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Paullo ante praeturam Augusti | Eubiotus | — | Hypataeus(?) | n. 415. |
| Eadem fere aetate | Cephalus | — | — | N; n. 1295. |
| . . . | Lycus | — | — | n. 1295. |
| Post a. 27 a. Chr. | Augustus | — | — | n. 415*b*. |
| Aetate Augusti | Eurydamas | Agathanoris | Gomphensis | n. 1042 I. |
| . . | Sosander | Aristonoi | — | N; n. 287*b*. 1040*d*. 1042. 1297. |
| . . | Petraeus II. | — | Gyrtonius? | n. 1042. |
| . . | Criton | — | — | n. 1042. |
| . . | Sosander II. | Aristonoi | — | n. 1042. |
| . . | Agathanor | Eurydamantis | Gomphensis | n. 71. 542. |
| . . | Sosipater | — | — | n. 543. 1043. 1300? |
| . . | Xenon | — | — | n. 543. |
| . . | Cyllus I. III. | Eubioti | Hypataeus | N; 415*c* add. 532. 543. 1041. |
| . . | Menecles | — | — | n. 543. |
| . . | Timasitheus | — | — | n. 1299. 1300. |
| . . | Cleanor(?) | — | — | n. 1299. |
| . . | Aristocrates | — | — | n. 1042. |
| . . | Aristophylus | — | — | n. 1042. |
| . . | Cleomachides | — | — | n. 1042. |
| . . | Aristocles(?) | — | — | N; n. 1042. |
| . . | Aristophylus II. | — | — | n. 1042. |
| . . | Antigonus | — | Gonnius | N; n. 290. 1044. |
| . . | Harmon | — | Gonnius | n. 1044. |
| . . | Hermias | — | — | n. 207. 1044. |
| . . | Megalocles | — | — | N |
| 14/13 a. Chr. | Apollodorus | — | — | n. 1296. 1298 (iterum?) |
| Circa Chr. n. | Hegesias | — | — | n. 531. |
| . . . | Demotherses | — | — | n. 549. |
| Imperatore Tiberio | Antigonus | — | — | N |
| . . | Lycus II. | — | — | N |
| . . | Megalocles | — | — | N; n. 1294. |
| . . | Asander | — | — | N |
| 41/42 p. Chr. | Apollodorus IV. | — | — | n. 544. |
| Paullo a. Dicaeum | Philiscus | Eudemi | — | n. 15. 206. |
| 42/43 p. Chr. | Dicaeus | — | — | n. 206. |
| 43/44 p. Chr. | Eubiotus | — | Hypataeus(?) | n. 206. |
| 44/45 p. Chr. | Lycophron | — | — | n. 545. |
| 45/46 p. Chr. | Sosander | — | — | n. 545 (corr.). |
| 47/48 p. Chr. | Phrynus(?) | Aristomenis | — | n. 13. |
| Iisdem fere annis | Menecrates(?) III. | — | — | n. 14. |
| Imperatore Nerone ante Agripp. mortem | Lathychus | — | — | N |
| Post mortem Agrippinae fortasse iterum | Lathychus | — | — | N |
| Aetate Neronis | Aristion | — | — | N |
| . . | Alorchus(?) | — | — | N |
| . . | Python | — | — | N |
| Aetate Flaviorum | Eubiotus I. II. | — | Hypataeus(?) | n. 19. (541?). |
| . . | Flavius Polycritus I. II. | — | — | n. 19. 256. |
| . . | Claudius Aristophylus | — | — | n. 256. |
| . . | Sosipater | — | — | n. 256. |
| Imperatore Domitiano | Thychus(?) | — | — | N |
| 131/32 p. Chr. | Cocceius Lycus | — | — | n. 16. 341. 546. |
| 132/33 p. Chr. | Aristophylus | — | — | n. 16. |
| Paulo ante praeturam Coccei Lyci | Aelianus Philiscus | Aristonici | — | n. 21. 1268. |
| . . . . . | Isagoras II. | — | — | n. 21. 302. |
| . . . . . | Petraeus(?) | Heraclidis | — | n. 302. |
| . . . . . | Amynander Sophron | — | — | n. 302. |
